

71.  
nuper in Hisp. et Indijs ab ijs excitati, et admodum scandalosa, erronea, haereticas propositiones ab  
se authentice procellas tractati S<sup>m</sup>. D. N. et P<sup>m</sup>is Caro. fidei fuerit.

3. Nō obstat ne probentur Haereticis una calumandi Eccl<sup>a</sup> quōd ab ijs fundamentis scripturae  
definias. Immo coneat qui ita de opinione p<sup>a</sup> loquuntur, dicent Eccl<sup>a</sup> que illa laudat et recipit.  
Unde, quod satis aperte declaravit nō esse illa extra scripturas et Patres. Anaphi certe B. V. et  
qua p<sup>a</sup>thm admittitur, minus habet fundamentū in scrip. et Patribus, quā Conceptio Immaculata  
Haereticis cōcedunt <sup>clia</sup> laesam sensu sentire propterea ipis huc abque ista temeritatis et erroris  
sensa illius de Concept<sup>o</sup> B. V. Immaculata sentiat. Dicantur hinc simili nota. Insultat quoq<sup>ue</sup> tali  
notā, in Eccl<sup>a</sup>, quā sentiat in hac re a scrip. et Patribus recedat, ut ante dictū ē.

4. Nō obstat qd̄ auctoritate Imperatoris Max<sup>i</sup> D. N. bulla ediderit de hac re, et iam legere qd̄  
videntur leuitatis argui posse. Nam in ea bulla nihil est necur, quo obtraxia sententia probabitur  
sed grauioribus p<sup>a</sup>thm cōnectur in officio, qui aliorū P<sup>a</sup>stificū bullas circa rem eadē nō parabit. Non  
autē etiā ijs ultima. Dicantur. Illius efficaciore remedio opus est. Hoc nullū aliud videtur, quā  
de fide; quā soli p<sup>a</sup>ceptū hanc enus nō sufficit: et si modo solū hoc p<sup>a</sup>ceptū ignoratur de nō  
predicanda obtraxia sententia. Timere potest similis inobediētia; et ne ab alio P<sup>a</sup>stificē extorquet  
dissolutionē huiusmodi p<sup>a</sup>cepti.

In hac quaestione tria summa capita sunt. Primum. An Immaculata conceptio Beatae Virginis, et praeservatio ab originali peccato sit definibilis. Secundum. An expediat defini. Tertium. quomodo, et quibus medijs debeat defini.

## CAPVT I.

1.° Sit definibilis dubitare non potest, qui attenderit ad extravagantes, quae sunt in corpore iuris Sixti 4.° cum praeeccelsa, et Graue nimis, approbatas, et renouatas a Tridentino Conc. Pio V. Paulo V. et Graue nimis ab Alexandro VI. In quibus opinio contraria toleratur, et prohibetur, ne quis eam damnet ut haereticam, aut erroneam, quia nondum ab Ecclesia definitum est; Potest ergo defini.

2.° quia res minoris momenti definita sunt, ut, nullum in Beata Virgine peccatum actuale, ne ueniale quidem fuisse: Item animas Justorum Deum uidere ante generale iudicium &c. Huc similiter reuocari potest canonizatio sanctorum pro qua minora sunt argumenta, quam pro hac (si ita loqui placet) Beatae Virginis canonizatione.

3.° quia nihil obstat; imo non minora suppetunt media, qua pro alijs rebus iam in Ecclesia definita.

4.° quia communis opinio est; atque definitionem istam Turrecremata a Synodo Basiliensi, et Caietanus a Leone X. in Lateranensi (uterque Cardinalis Dominicanus) penissimè flagitauerunt.

5.° quia s.° Brigida reuelatum est non tantum à Christo Domino sed ab ipsa Deipara, quod originale non contraxisset, sed etiam fore ut aliquando definiretur.

6.° quia Concilium Basiliense (quamuis tunc schismaticum) definiuit: et octo annis post Synodus Auenionensis renouauit illud decretum praesentibus duobus Cardinalibus a Sede Apostolica legatis: Omittimus alia plura.

## CAPVT II.

1.° expediat defini patet 2.° Ex proximè dictis praesertim num. 2. et 5. capitis primi.

2.° quia praeterita decreta Sixti 4.° Concilij Tridentini, Pij V. Pauli V. et Alexandri VI. non sufficiunt, ut testantur tot, ac tanti tumores nuper excitati, praesertim in Hispania, et Indijs; In Flandria quoque et Louanij; In Italia ut Cremona et Roma; ac saepissime uarijs in locis (Sallia excepta propter auctoritatem Theologorum Sorbonicorum, et propter ibi damnatum olim Joannem Montesorum Dominicanum; et in Heluetia ob combustos Berna quatuor item Dominicanos).

3.° Ne haeretici (ut re ipsa nunc faciunt) argumententur consensum Ecclesiae non facere rem certam, cum tota fere teneat praeservatam Beatam Virginem ab originali peccato, cuius contrarium tamen asserere permittitur.

4.° Non est uerendum ne Haeretici obijciant defini rem contrariam Pauli uerbis ad Rom. 5. (In quo omnes peccauerunt) sciunt enim Catholici nullum scripturae locum conuincere ne contradicant Conc. Tridentino neganti esse suae intentionis comprehendere Beatam Virginem Decreto suo de originali peccato. Sciunt etiam doctrinam esse s.° Hieronymi ad Damasum Papam, et quamplurimum Doctorum propositiones uniuersales sacrae scripturae non semper uniuersaliter esse exponendas, quod etiam affirmat Fulgentius de incarnatione et gratia Christi; et constat ex illo Jeremias.

5.° A minimo usq. ad maximum omnes auaritia sequuntur, et ad Philippen. 2. omnes quae sua sunt quaerunt non quae Iesu Christi; et psalm. 13. omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: et psalm. 115. Omnis homo mendax; et Joan. epist. 1. cap. 1. Si dixerimus quod peccatum non habemus, mentimur, et nos seducimus, et ueritas non est in nobis. Quae omnia, et alia sepecenta quamuis uniuersalia sint Virginem (matrem non comprehendunt, quia de lege communij loquuntur

non de privilegio. Et similiter Joan. cap. 10. omnes quotquot uenerint fures similes  
et nihilominus Apostoli et plures alij excipi debent ab hac uniuersali regula. Adde  
Doctor Angelicus excipit Moysen a lege communi Deum nemo uidit unquam; et non  
Doctores a statuto generali omnibus moriendi, illos scilicet qui circa tempus Iudicij  
uidentur, ut dici possit Iudicandos uiuos et mortuos. Sciunt similiter heretici ut si qui  
licet locus sacre scripture conuincere concedatur, quod fideles cogentur Ecclesiam  
condemnare, approbantes et commendantes (datis etiam indulgentijs quod s. ipse dicitur  
V. fecit) festum Conceptionis in eo sensu in quo Leonardus de Noquerolis officium, quod apud  
est quoque et commendatum a Sixto 4. et consequenter a Concilio Tridentino, Leo V. Laice  
seruatam ab omni labe Beatam Virginem uocat, et Christum Virginis præseruatores eius  
5. Quia non sufficit in contrarium auctoritas s. Bernardi uel B. Thomæ quia  
tempore non erat Institutum festum conceptionis a Romanis Pontificibus et sacro  
per totam Ecclesiam, quæ imprimis ratio ipsos mouit, et erat tunc contraria opinio magis  
et minus scandalosa. Quæ duo nunc planè cessant. Itaque illam opinionem ne probabilem  
fateri modo quisquam compellatur.

6. Imò aperta sunt pro nobis testimonia non solum eorundem sanctorum Beati  
Thomæ in quibusdam locis, sed etiam his antiquiorum Augustini, Alphonsi, Anselmi, et  
Ambrosij, et aliorum fere 40 quorum catalogus seorsim confectus est tam ex Græcis quam  
Latinis cum perpetua Ecclesiastica traditione.

7. Quia ex Dominicis circiter etiam 48. aperte nobiscum consentiunt, qui se  
recensentur cum ipsomet s. Dominico, B. Thoma nonnullis in locis, s. Vincentio  
Raymundo, B. Laysio Bertramo tribus Generalibus &c. Et in manuali Prædicatorum  
ante 90. annos iudicatur opinio contraria inutilis et ualde scandalosa, et hoc pro  
situm fuit ab ipsismet Dominicis in suo Capitulo Hispani celebrato anno 1524 ne  
imposterum defendatur.

8. Quia falso citantur Patres et Concilium Florentinum a Caietano (exceptis s.  
Bonauentura, et Bernardo) atq. ipsemet Caietanus fatetur ad loca scripture et ad locum  
Florentini, prout ab ipso citatur, et ad rationes omnes bene responderi posse: et quod de  
ac Thoma dictum est de s. Bonauentura debet asseri; sententiam namque nostram,  
retractando quoddam in sermone tradidisse certissimum est.

9. Quia Dominicus Latus, et Melchior Canus Dominicani iudicant opposita  
esse piam auriã offensiuam, nec posse absq. odio, et in iudicia etiam apud doctissimos uiros.

10. Expediit hoc tempore defini ad impetrandam opem B. Virginis aduersus præ  
Ecclesia calamitates, quemadmodum in simili causa constat Urbanum 11. et VI. In  
14. et alios fecisse nonnulla in honorem ipsius Virginis.

11. Quia plures Dominicanorum tenebant opinionem damnatam a Clemente 8.  
solutione per literas, nec tamen sibi iniuriam factam dicunt.

12. Quia nonnullæ opinioniones Beati Thomæ non recipiuntur communiter ab  
sed potius repudiantur; ut de solemnitate uoti, et indispensabilitate: De iniquitate  
ex occasione alterius cum moderamine inculpate tutele: De forma consecrationis  
calicis omnino necessarijs uerbis: De nullo liquore miscendo in uinum consecrationis  
à nec miscendo &

13. Quia hoc etiam tempore comprobavit Deus istam veritatem miraculis et prodigijs, ut in puero Redecim mensium articulatè proferente aliquoties carmina quatuor de conceptione immaculata. In Episcopo Carthaginensi in India ordinis Dominicani morte subitanea epuncta; et in uir quodam nobili Ecclie Civitatis Hispanie, cuius tres filij mortui intra breve admodum spatium et ipse nec post illos dimittimus modo quæ in elapsis temporibus tot fuerunt edita miracula circa eandem veritatem de Immaculata Virginis conceptione, et illi acriter contravenientes.

14. Quia pro exemptione B<sup>te</sup> Virginis ab omni peccato veniali: a fomite: à dolore partus: à corruptione mortui corporis et similibus (de quibus sunt in scriptura propositiones æque generales, ac de originali peccato contrahendo) non sunt expressiora in eadem scriptura testimonia, quam quod à lege contrahendi originale peccatum exempta fuerit ut satis constat ex supradictis cap. 2. num. 4.

15. Quia sicut non pro Hispania sola sed pro universa Ecclesia Laurus V. anno superiore Bullam adidit etiam si occasionem dedisset Hispania: quo item pacto sæpius contingit leges ac decreta communiter ferri, quamvis arrepta occasione ex particularibus aut personis aut locis; sed planè expedit remedium efficax et definitivum adhiberi pro Ecclesia tota.

16. Quia in Aragonia olim leges à Regibus late sunt, quibus nefas est contrariam opinionem doceri; quas leges Philippus II. et qui nunc regnat III. approbaverunt, et duobus abhinc annis in maiore Insula Dominicani illis parere compulsi sunt. Quare non eget Rex Hispanie pro sola Hispania Pontificio decreto seu precepto.

17. Quia Idem Rex pro singulari observantia sua erga Romanam sedem recurrit ad ipsam volens nationale Concilium super hac re convocari, prout gravissimi viri efflagitant. Dignus ergo est cuius tam pia ac iusta petitio satisfiat, atq; hoc perissimum tam calamitoso tempore in quo Deus adeo potentem, et Religiosum regem Ecclesie sue providit; quin novam Legationem parat cum literis omnium regnorum suorum, et Cleri et Religiosorum prece conquiescitur creditur, donec impetret definitionem.

18. Quia certum est definitionem gratissimam futuram Ecclesie toti, et id credi etiam potest de paucis Dominicani, quibus proculdubio et tutius, et honorificentius est ut definiatur, quam ut sola prohibitio feratur tanquam opinionis scandalosa, temeraria &c.

19. Quia Dominicani zelo quodam nimio excitati in Ecclesia varios olim humulit, ut, præter controversiam de Conceptione: De stigmatibus s<sup>ti</sup> Francisci contra B<sup>no</sup> Bernardinum. De paupertate Christi et fratrum Minorum: De sanguine Christi sub Pio II. et etate nostra de Instituto Societatis Jesu, et de auxilijs, et de censura iniusta variorum librorum: Expedit ergo hac ratione illos compesci: Deniq; quod Abulensis iam diu ante prædixit, et experientia docuit, erit hoc litigium immortale nisi definitio accedat.

CAPVT III.

ad attinet ad modum et media definiendi. P<sup>o</sup> Concilio generali opus non esse concedere debet, qui meminit quantas auctoritas eius, cui dictum est: Rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: Confirma fratres tuos: Pisce oves meas: Tibi dabo claves regni celorum: Super hæc petram edificabo Ecclesiam meam et alia similia quæ in sacra scriptura sunt.

Qui legit quam multa veteres Pontifices absq; huiusmodi Concilio definiuerunt, et meo sæculo Benedictus 12<sup>s</sup>. De animabus Justorum Deum uidentibus ante Iudicium, et etate pa-



rum nostrorum ac nostra Leo X. contra Michaellem Baium, atq. idem Gregorius XIII. contra Dominicanos impugnantes Institutum Societatis Jesu, et Clemens 8. contra opinionem de alienatione per literas.

3. Non est opus ad definiendum apertissimis scripturis aut communi et claro consensu alioquin non fuisset definitum Beatam Virginem non peccasse actualiter: Et animam cum uideret nunc Deum: Dari habitus infusos: Confessionem esse necessariam recipiendi Communionem si habeat copiam Confessarii, ut alia exempla protulerantur.

4. Valde magnum pondus habet consensus Theologorum qui de hac re nunc est, exceptis (ut saepe dictum est) admodum paucis, quos timendum est non tam de ueritate citos esse, et de Dei honore, Christi, quam de suarum estimatione contra quam S. Hieronimus, et docuit, scribens plura Ecclesiae consuetudinem faciendam quam Hieronymi, et cuiuslibet alterius Sancti auctoritatem.

5. Clarissimi refert sensus Communis piorum et doctorum omnium omnis conditionis, cum quodam sancto horrore aduersus contrariam opinionem cum autem gustu et profectu spirituali erga nostram: Sic quidem olim, nec aliter Sancti celebrantur in Ecclesia.

6. His et similibus medijs non sunt profecto meliora et efficaciora, quibus utitur ad Sanctos canonizandos ut in p. capite num. 2. indicatum est; nec aliud deus ut eadem Ecclesia tollat tolerantiam contrariae opinionis, eamq. solam teneat praesens quae uiget apud omnes (paucissimis quod saepe repeti debet, exceptis) certe de sanctificationum tantum et nondum canonizatorum nullus audeat dubitare, nec des. tamen neq. canonizatio optat, neq. beatificatio.

7. Non debet impedimento esse bulla superiore anno edita cum uideamus profuisse, et Sixtus IV. breui tempore res condiderit; et nouis incommodis nouas res addere dicent prudentia, charitas et Iustitia.

8. Si pro sola Hispania decretum fiat petent idem aliae Prouinciae, postea Ibero praestat nunc legem omnibus ubiq. Communem sancire.

9. Imponi duntaxat opinioni contraria silentium siue in Hispania siue alibi non potest, si adhuc habeatur pro probabili sicut hactenus habita est, et nisi ad us ueritatis definitio; Scribentur enim multa a suis defensoribus, quae occasionem tam Catholicis quam haereticis ad immortales controouersias in Ecclesia multiplicat. Et quoniam uniuersis tam haereticis quam Catholicis constat Hispaniarum legem tantum benemeritum submissis et enixis particulari legatione definitionem a Summo Pontifice et si non impetrasset daretur occasio amicis et inimicis ut publice dicant id non fieri defectu potestatis, uel defectu pia affectionis erga Virginem et uniuersam Ecclesiam.

